UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Ventus

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

Deum quis peccauerit, non eſt noſtri arbitrii, vt dicit Scri- autem peccauerit homo in hominem, rogabit pro eo ſa- autem peccauerit in Deum, quis rogabit pro eo? & nos è in Dei iniuria benigni ſumus, & in noſtris contumeliis o- mus. *Idem in* 24.

dolosa ſententia! ſi parua fratrib. non dimittimus, ma- à Deo non dimittuntur. *ibid.*

miſericordem iudicem, nequaquam ſine venia culpa relin- per feruorem zeli ex eius amore peccatur. Sæpe nam- hoc doctoribus mirandiſque contingit, quod vt alta ſerunt, modum coerectionis exaggerent, & lingua ali- non debet, dicat: quia mentem dilectio quantum de- , ſed verbum prolatæ contumeliæ tanto citius par- & ex aqua radice prodeat penſatur. *Gregor. in mo-*

qui operum peccata deplorant, debent præſumere de quam poſtulant: non enim pie Dominus ante delin- oculos flenda peccata opponeret: ſi per ſemetipſum ea di- voluiſſet. *in paſt.*

eſt quod qui dimittit, & non dat, & minime dimittit: nullam miſericordiam facit, quia ab omnipotente Deo manu non accipitur, quod obligato corde ex malitia pro- *moral.*

quod in nos delinquitur, ex corde dimittimus, & illud rur- quod nobis iam per pœnitentiam dimiſſum fuiſſe gau- *ibid.*

interest quo animo quiſque parcat: ſicut enim ali- miſericordia puniens, ita & crudelitas parcens. *Aug. e-*

parcendum eſt iniurianti, ne veniæ viam tibi intercludas. *ciuit. Dei.*

delicti aſſequutus, ſi iterum peccat, grauius iudicium ſibi *Baſil. in ſum. moral.*

ad petendum veniam, facilis ad dandam: & ſic mem- in pace. *Bernard. de ver. Apoſt. ſer.* 1.

veniam dare peccatis non poteſt, quia voluntati ſeruit alie- autem poteſt, quia legis ſuæ diſpenſator ac iudex. *Ter-*

qui ſic donantes iniuriam, vt non vlciſcantur, quum ta- improperant. Sunt alii, qui licet ſileant: manet ta- mente repoſtum, & rancorem tenent in animo, quarum plena indulgentia eſt, longe ab his omnibus benigniſſima natura libenter agit, ignoſcit plenarie: ita dicunt, non iam peccato, ſed pœnitentiam. Vbi abundauit delictum, gratia ſuperabundare. *Bernardus ſuper Cantic.*

liberaliter Dominus omnem donauit iniuriam, vt iam nec vlciſcendo, nec confundat improperando, nec minus dili- *ibid.*

propter manſuetudinem, quæ in te prædicatur, curri- Domine Ieſu, audientes quod non ſpernas pauperem, non abhorreas, non horruiſti confitentem latronem, lacrymantem peccatricem, non Chananæam ſupplicantem, deprehenſam in adulterio, non ſedentem in telonio, non ſup- publicanum, non negantem diſcipulum, non perſecuto- diſcipulorum, non ipſos crucifixores tuos, in odorem horum currimus. *ibid.*

aliorum vitia cernunt, ſua non aſpiciunt, & cum ipſi ma- criminib. obnoxii teneantur, peccata minora fratribus non *Iſid. lib. 3. de ſummo bon.*

ſine peccato eſſe non potes: & vis ſemper tibi dimitti to- dimitte ſemper, quantum vis dimitti tibi, tantum dimitte. vis dimitti tibi, toties tu dimitte, imo quia vis totum dimit- totum dimitte, homo intellige, quod remittendo alii, veni- ipſe dediſti. *Petr. Chryſoſtom. ſerm. 67. ſuper illud, Dimitte*

dimittenda ſunt debita, non pecuniæ ſolum, ſed omnium cauſa- culparum, criminum, quicquid homo incurrere poteris, in his incurrerit, alter, agnoſce, fidens, peccatis ſuis veniam po- peccanti libenter ignoſcit. *Idem in ſerm.* 68.

¶ Poetarvm Dicta.

Ouid. 3. de Pont.

Crede mihi: miſeris cæleſtia numina parcunt:
Nec ſemper laſos & ſine fine premunt.

Terent. in Phor.

Noſtrapte culpa facimus, vt malis expediat eſſe,
Dum nimium dici nos bonos ſtudemus & benignos.

Sen. in Agam.

Dat ille veniam facile, cui venia eſt opus.

Hor. 1. ſer. 3.

Qui, ne tuberibus propriis offendat amicum,
Poſtulat ignoſcat verrucis illius, æquum eſt
Peccatis veniam poſcentem, reddere rurſus.

Iac. Bill. Anth. Sac.

Veniam aliis dandam eſſe vt eam à Deo impetremus.

Multa tibi debet Titius: ſed tu quoq; debes
Multa Deo: ſi d[illegible] tibi cuncta dabit.
Si repetis, repetet: ſi durus es, ille rogantem
Abiiciet, fuſas obteret atq; preces.
In reliquis exempla tibi namq; omnibus ille
Præbet: at hic ſequitur, quod prior ipſe facis.
Vtq; ſolet ſpeculum, quas cepit, reddere formas:
Aequa ita lanx lanci dia futura tua eſt.

¶ Sententiae Philosoph.

Magnarum virium eſt, negligere lædentem. *Sen. de Mor.*

Si imbecillior eſt qui te læſit, parce: ſi potentior, tibi ipſi ignoſce. *Idem de ira lib.* 3.

Illis facile ignoſcitur, qui non perſeuerare, ſed ab errato ſe reuocare moliuntur, *Cic. in Vatin.*

Vtilius eſt abſolui nocentem, quam innocentem cauſam non dicere. *Cic. pro Roſc.*

Hominem improbum ſatius eſt acc[illegible]re, quam abſoluere. *Liu. 4. Dec.*

Non eſt modo liberale paululum nonnunquam de ſuo iure diſcedere, ſed interdum etiam fructuoſum. *Cic. 2. Offic.*

Magna eſt peccandi illecebra, ſpes impunitatis. *Idem pro Mil.*

Venia & non laus interdum datur, quum ea quæ non debet agit quiſpiam ob huiuſcemodi, quæ humanam naturam excedunt & à nullo ſuſtinentur. *Ariſt. 1. Eth c.* 1.

Venia quos cognoſcimus dignos, nunquam reprehendimus. *Idem mag. mor. c.* 7.

Id dignum eſt venia, quod non ſponte fit. *Thucyd. lib.* 1.

¶ Apophthegma.

Epaminondas: homini contempto, qui leue quiddam admiſerat. Pelopida pro eo deprecante, non ignouit: ſed amica pro illo rogante, dedit veniam, dicens, eiuſmodi munera à ſcortillis accipi oportere, non à militibus. Paratus erat ad ignoſcendum: ſed quemadmodũ non quæuis damus omnibus; ita ſpectandum eſt, cui & in qua cauſa gratificemur. *Plut. in Græc. apoph.*

Arius Philoſophus: potitus Alexandria Cæſar, multis vitam donarat in gratiam Arii philoſophi. Soſtratum tamen, promptiſſimæ quidem linguæ virum, ſed qui Cæſari diſpliceret, quod temere Academicus haberi vellet, reiecit. At is ſqualidus promiſſaque cana barba, cœpit Arium quocunq; iret inſequi, verſiculum illum in ore habens,

Σοφοὶ σοφοὺς σώζουσιν, ἂν ὦσιν σοφοί.
Sapientes ſapientes ſeruant, ſi fuerint ſapientes.

Hac arte coegit Cæſarem ignoſcere. *Eraſm. l. 4. apoph. ex Sueton.*

¶ Hieroglyphica.

Petitam à Diis ſermonis veniam, cum obſecratione noſtri memores delicti, vlciſci cogitarent, eo exprimebant hieroglyphico: *vt proximum à minimo digitum ad aurem dextram referrent*, quod tacto prius ore inſtitutum. Eſt enim locus ille Nemeſeos, quam geſtu hoc, vt in aure oſtenſum, conciliari crediderunt. *Pir. Val. lib.* 344. E.

Vide, Reconciliatio. Item, Pœna, Punitio.

Ventus.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

Ventus, Græce ἄνεμος, ου, ὁ, & ἀνεμώδης, εος, ὁ, ἡ, ventoſus dicitur. Hebr. *Ruach*, à verbo *Roach*, ſpirauit, flauit, actiuo, quod cognationem habet cum verbo neutro *Rauach*, fuit reſpiratio. Hinc ἀήρ, aer, ventus. Eſt autem ventus impetus aeris in vnam partem flantis. Vel ſic. Ventus eſt magna multitudo exhalationis calidæ, & ſiccæ motæ lateraliter ſuper terram ad multam diſtantiam. *ſec. Ariſt. l. 3. Meteor.* dicitur autem à venio. Hinc ventoſus, hoc eſt: plenus vento, vt regio ventoſa: vel inanis, vt verba ventoſa, oratio ventoſa, hoc eſt, ſine pondere, ſine effectu. Hinc etiam ventoſitas, hoc eſt inanis iactantia, & vanitas. Hinc etiam ventilare quod eſt mouendo ventum captare.

¶ Biblici Loci.

Venti in manu Dei, *Geneſ.* 8. 1, *Exod.* 10.13. & 14.21. *Num.* 11.31. *Pſalm.* 104.3, & 135,8, *Ierem.* 10,13, *Amos* 4.13, *Ion.* 1,4, & 4,8, Venti Chriſto obediunt, *Mat.* 8,26, *Mar.* 4,39, *Luc.* 8, 24, Ventus ira Dei, *Eſa.* 41, 26, & 57,13, *Ezech.* 13,11, & 27,26, *Oſe.* 13,16. Ventus, pro plaga orbis terrarum, 1. *Chr.* 9, 24. *Ierem.* 49,32,36. *Ezech.* 5, 10,12, & 12, 14. & 17.21, & 42,16, &c. *Matth.* 24,31, Res nullius momenti, Spes vana, Mendacium, *Eſ.* 41,29. *Ierem.* 22,22, *Oſe.* 8,7, & 18,1. Euangelii doctrina, Euangelici doctores, *Apoc.* 7.1.

¶ Sententiae Philos.

Ventorum quidam flatus rectus eſt: quidam reflexus eſt. Rectos habent ii, qui lineis rectis ſemper graſſari ſolent, reflexos & refractos, vt καικίας. *Ariſt. de mundo c.* 3.

Venti

Venti qaidam hyeme pollent, vt auſtri. Quidam æſtate, vt, ἐτησίαι, id eſt, anniuerſarii: & ὀρνιθίαι, quaſi auiarii. *Idem ibid.*

Venti violenti catæges ſunt, qui flant ſuperne, & repente euerberantes. Thyella eſt flatus qui repente proſiliit. Lælaps & Strobilus, qui inferne ſurſum verſus repente conuoluitur. Anaphyſema dicitur ventus ſublime ſeſe rapiens, cum è ſpecu depreſſo flatus emicuerit, aut è terra in hiatum deſcendente. *ibid.*

Ventus vehementius per loca ſpirat anguſta, quam ampliora, quoniam in vnum locum coactus vires auget, & robur pro ſuo profundo accipit amplius, ac per ſpacia ampliora diffuſus imbecillus redditur, & eadem ratione omnis qualitas coacta calidior eſt. *Alex. Aphrod. problem. 1. num. 3.*

Ventorum nomina & ſitus ſunt hæc Principales ſunt quatuor, ab Oriente Subſolanus: à meridie Auſter, ab occidente Fauonius; à ſeptentrione Septentrio: & vnuſquiſq; horum habet duos ventos hinc inde coniunctos: Subſolanus à latere dextro Vulturnum, à læua Eurum: Auſter à dextris Euro Auſtrum, à ſiniſtris Auſtro Africum: Fauonius à dextris Africum, à læua Corum: Septentrio à dextris verſus occidentem Circium, à ſiniſtris Aquilonem *Alb. Mag. in 3. meteor. 1. c. 23.*

Ventus vt plurimum fit poſt imbres, & venti ceſſant aqua facta, quia cum pluit terra exiccata, & ab eo, quod eſt in ipſa calido, & ab eo, quod deſuper exhalat, quod ventorum eſt corpus, & cum talis ſegregatio fuerit, & venti dominentur ceſſantibus, quia ſegregatur calidum ſemper, & ſurſum fertur in ſaperiorem locum, cogit vapor infrigidatus, & fit aqua, & cum in idem compulſæ fuerunt nubes, & circum obſtiterit ad ipſos frigiditas: aqua fit, & infrigidat ſiccam exhalationem. *Ariſt. met. 2. c. 1.*

Venti ſæpe fiunt ante eclipſes in principio noctis, ante eclipſes media noctis? in media autem nocte ante diluculares. *ibid.*

Ventorum principium eſt, vt mouetur Sol. *Idem ibid.*

Ventus cur magna ex parte ante Lunæ defectus excitatur initio noctis, dum defectus medio incipit noctis: medio vero cur mane? quia calor Lunæ propterea hebetatur, quia curſus iam proxime eſt, quod defectus exultet: remiſſi itaq; calore, quo retentus aer quieſcit, ruſus moueri, ac ſpiritus reddi incipit. *Ariſtot. problem. ſerm. 27. numer. 80.*

Venti cur ad poſtremum vehementiſſime ſpirant? Quia vbi vniuerſi afflarunt, parum caloris relinquitur. *Idem ibid. num. 27.*

Venti cur ſiccant, cum frigidi ſint? quia qui frigidiſſimi ſunt, vaporem eliciunt. *Ibid. num. 30.*

Venti cur amplius ſiccant, quam Sol? quia vaporem non ſolum euocant, ſed etiam abducunt, ſol autem relinquit, itaq; vt magis humificat, ſic minus ſiccat. *Ariſt. probl. ſerm. 26. num. 31.*

Ventus nihil aliud eſt, quam aer multus fluctuans, & coactus, qui etiam ſpiritus appellatur, cum alioqui ſpiritus appelletur ſubſtantia animata genitalis in ſtirpibus, & in animantibus exiſtens per omnia pertinens. *Ariſt. de mundo c. 3.*

Ventus ſi feneſtræ per parietes obiectæ ſint, ſi altera eſt clauſa nõ irrumpit per alteram vehemens, quia ventus non niſi corpore conſtat, ergo altera clauſa, aer, qui per alteram ingreſſus eſt, domum replet & nihil amplius ingredi patitur: & ſi feneſtra aperiatur, aer aerem extrudit, & ſic venti agitatio excitatur vehementior. *Alex. Aphr. prol. l. 1. num. 86.*

Venti ſecundum terræ partes differunt, ac diſtinguuntur. *Alex. in 1. meteor. c. 1. co. 1.*

Venti cur alii aliis locis imbres afferunt? quia vbi frequentia nubium cogitur, ibi pluuiam eſſe oportet. *Ariſt. probl. ſect. 26. nu. 58.*

Venti non videntur calidi: quia mouent aerem exiſtentem plenũ multo, & frigido vapore. *Ariſt. met. 2. c. 2.*

Venti ſæpe de aliqua nube exeunt. qui non ſunt ex duodecim ventis. *Alb. Magn. in 3. meteor. tract. c. 15.*

Ventus eſt agitatio aeris circa terram. *Speuſippus de Platonicis.*

Venti alii è telluris habitu conſtant, terrigenæq; nuncupantur, alii excutiuntur è niuibus encolpiæ de receſſu nominati: ſimiles his ſunt qui de fluminibus, lacubus, & ſtagnis exeunt, qui ruptis nubibus, per operta cœli manere ſolent, & in craſſam nubium ſpeciem conglobantur, vel cum imber effuſus conciet flabra, quæ ex hydriæ Atticorum lingua vocitantur, eurus oriens, Boreas ſeptentrio, occidens Zephyros, auſtros medius dies mittit: hos quatuor alii plures interfluunt *Apuleius de mundo.*

Ventus qui aerem infrigidat, ſiccat, & ſerenat, ſua natura eſt ſalubris, ſi cum temperamento receperis, & eſt principalis medicus contra peſtis venenum. *Fic. in Epid. antid. c. 5.*

Ventos omnes philoſophi ſiccos faciunt, genituram omnem humidam. *Io. Franc. Pi. Mir. in Aſtrol. l. 10. c. 9.*

Ventos eſſe placuit Anaximandro fluxum aeris de ſubtiliſſimis & humidiſſimis in eo partibus à Sole vel motis, vel liquefactis conflatum. Ariſtoteles ſiccam euaporationem cenſet eſſe Stoici fluxum aeris ſimpliciter nuncupant, diuerſas nominationis diuerſis è regionibus à quibus flare conſueuit ſortitum. Metrodotus exiſtimauit fieri ventum ex aquoſa vaporatione ob ſolis aduſtionem impetu diuinorum ſpirituum, *Io. Fran. Pic. Mir. in exa. va. doc. gen. lib. 1. c. 12.*

Ventus eſt de illis, quæ mouentur, cum non moueatur, niſi à generante ipſum. *Auer. Phyſ. 8. t. 37.*

Ventus eſt vapor terreus aeris ſuperiora tranſcenden[s] vehementer percutiendo impellens. *Alb. Mag. in 3. Meteor.* *cap. 5.*

Venti omnes à quib. incipiunt flare locis, ac etiam ex[...] xima illis ſunt ad plurimam diſtantiam nubes impellunt. [...] *phrod. in 2. meteor c. 3. co. 14.*

Venus.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG[IA.]

VEnus ἀφροδίτη dicta eſt propter originem, quia ſpum[a] citur. *Plat. in Cratylo.* Multa obſeruatu digna de V[enere] in etymolog. trilingui Lugdun. *Pagin* 874. 875. 876. [...] 880.

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Ouid.

Nec Veneris, nec tu vini capiaris amore,
Vno namq; modo vina Venusq; nocent.
Vt Venus eneruat vires, ſic copia Bacchi
Attenuat greſſus, debilitatq; pedes.
Multos cæcus amor cogit ſecreta fateri,
Arcanum demens detegit ebrietas.
Bellum ſæpe parit ferus exitiale Cupido:
Sæpe manus itidem Bacchus ad arma vocat.
Perdidit horrendo Troiam Venus improba bello,
Et Lapithas bello perdis Iacche graui.
Deniq; cum mentes hominum furiarit vterq;,
Et pudor, & probitas, & metus omnis abeſt.
Compedibus Venerem, vinclis conſtringe Lyæum
Ne te muneribus lædat vterq; ſuis.
Vina ſitim ſedent, natis Venus alma creandis
Seruiat: hos fines tranſiliſſe nocet.

Ex Comicis.

Ἐν πλησμοσύνῃ γὰρ Κύπρις, ἐν δὲ τοῖς κενοῖς
Πράσσουσιν οὐκ ἔνεστιν Ἀφροδίτη βροτοῖς.
Vt ſaturitatis aſſecla eſt ſemper Venus:
Sic refugit illos, quos premit penuria.

¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIA[E.]

Veneres duæ ſunt: altera antiquior & matre caren[s] quam etiam cœleſtem cognominamus: altera iunior [Io]nis filia, quam vulgarem vocamus: quare amorem alter[ius comi]tem cœleſtem: alteram vulgarem neceſſe eſt appellare. *Pl[at. in Sym]poſio.*

Venus non eſt ſine amore, & ſi vna eſſet, vnus eſſet amo[r, quia ve]ro duæ ſint Veneres, duo quoq; amores ſunt. *ibidem.*

Venereum iuſiurandum ſolum non valere aiunt, [...] nim ſolis ſi iuſiurandum tranſgreſſi fuerint, venia da[...] ait. *ibid.*

Venerea qui peragere vult, ita peragere debet, vt [...] tur, velut res viſu turpiſſimas. *Plat. de pulchro.*

Venus rara debiliorem ipſam dominam facit. *Idem* [...]

Veneris ſtella fit Heſperus occidentalis ſcilicet [...] tantum vt à ſplendore ipſius non obſcuretur: aliquando [...] vbi Solem præcedit, & ad auroram prius currit: & [...] cum ſole currit. *Tim. Locr. anim. de mund. & nat.*

Venerem cœleſtem vt è Saturno, id eſt intellectu ge[...] neceſſe eſt eſſe animam diuiniſſimam, proxime ab ipſo [...] uiolabili inuiolabilem natam, ſuperneq; permanent[...] hæc mundana deſcendere nec vult nec valet, quia [...] eſt, quæ ad inferiora non inclinatar, & neceſſe eſt e[...] ſeparatam, & eſſentiam materiæ non participem: & [...] dixerunt eſſe, id eſt ſine materia, quæ potius eſt Deus, [...] vt quæ pura & ſyncera, & in ſeipſa conſiſtens ſit. *Plat.* [...] *cap. 2.*

Venus ſenibus fugienda eſt, nam & iuuenibus detrah[...] mum & non conſulit natis, ſed naſcituris, & etiam [...] producto ſemine ſiccat. *Fic. de vita produc. lib. 2. c. 8.*

Venus duplex eſt: vna eſt intelligentia illa, quam in [...] ca poſuimus: altera eſt vis generandi animæ mundi [...] ſui ſimilem comitem habet amorem, illa amore ingen[...] gendam Dei pulchritudinem rapitur, hæc amore [...] dam eandem pulchritudinem in corporibus: illa di[...] rem in ſe primum complectitur: deinde hunc in vene[...] traducit: hæc fulgoris illius ſcintillas in materiam m[...] dit. *Fic. in Plat. conuiu. or. c. 7.*

Venus duplex, cœleſtis & vulgaris: cœleſtis, quæ in [...] lo nata ſine matre dicitur, quoniam mater apud phyſ[...] eſt, mens autem illa à materiæ conſortio aliena eſt. [...] nus, quæ in anima mundi ponitur ex Ioue & Dione ge[...] id eſt, ex ea virtute quæ cœlos mouet: & illam cr[...] quæ inferiora hæc generat, & matrem illi tribuunt, [...] mundi infuſa cum materia commercium habere pu[...] *Plat. conuiuium. or. 2. c. 7.*